



Beatus a Bolswort. ex. C. 1717.

IOANNES BERCHMANS Belga; Diesthemij natus, in Societate IESV ita vixit ut Angeli nomen mereretur. Adspicientium animos vultu ad Castimoniam incitabat Deipare amore excellens, cui Castitatis votum puer nuncupavit, propugnaturumque se immaculatam illius Conceptionem, quantum per S. Ecclesiam liceret, syngraphâ sanguine suo scriptâ, formavit. Ab ingressu Religionis, deliberatè nunquam vel peccavit venialiter, vel Ordinis sui regulam ullam violavit. Sub mortem, Crucifixum, Rosarium & Regulas arctè complexus exclamavit; *Hæc tria mihi charissima, cum his libenter morior.* Obijt Roma miraculis per orbem clarus anno 1621. ætatis 22. Religionis 5.

2 3 4 5 6 7 cm
© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig



